

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

**Balsamo, Ignazio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1612**

VIII. A quibus sibi cauere debeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](#)

rituali, ut maiori in actionibus suis  
conscientiae tranquillitate fruatur.  
Apud veteres olim Patres recepta e-  
rat temporis distributio, quæ hisce  
versibus continetur.

*Nunc lege, nunc ora, nunc cum fero labore,  
Sic erit hora brevis, & labor ipse leuis.*

## DOCUMENTVM VIII.

*A quibus sibi cauere debeat Religiosus*

**R**eligioso hæc maximè cauenda  
sunt.

I. Tristitia, & omnis inquietudo  
sive turbatio spiritus quacunque ex  
causa. Etenim hæc bonarum actio-  
num hostis & omnium penè tentati-  
onum mater est. Contra potius om-  
ni studio cōtendet, ut animum sem-  
per in Domino hilarem habeat, ad  
quod eum veteris & noui instrumē-  
ti p̄aginæ identidem adhortantur.  
Idem præceptum sanctissimi Religi-  
onum Patriarchæ S. Antonius & S.  
Franciscus, alijque SS. Patres disci-  
pulis

pulis suis inculcare consueuerunt,  
tanquam ad deuotionem spiritua-  
lemque profectum prorsus necessa-  
rium.

2. Cauebit sibi à duodecim Religi-  
onis siue Religiosorum abusibus,  
quos Hugo de S. Victore abusiones  
claustri appellat & hoc ordine re-  
censet. *Prælatus negligens, discipulus*  
*inobediens, iuuenis otiosus, senex ob-*  
*stinatus, monachus curialis, monachus*  
*causidicus, habitus pretiosus, cibus ex-*  
*quisitus, rumor in claustro, lis in capi-*  
*tulo, dissolutio in choro, irreuerentia*  
*iuxta altare.*

In clau-  
stro ani-  
malib. 2.  
cap. II.

3. S. Bonaventura ab omni religi-  
oso quatuor hæc totis viribus eui-  
tanda esse monet.

Tract. de  
reformat.  
mentis.

1. Ne à primo feroore quo cum ad  
Religionem accessit deficiat, idque  
pulcherrimo S. Agathonis Abbatis  
dicto, quod nos initio huius tracta-  
tuli recensuimus confirmat.

2. Ne tepidorum & imperfectorum  
qui bonis semper immixti sunt ve-  
stigia se etetur, sed optimos quosq;  
& prudentissimos sibi ad imitādum

pro-

42 DE PERFECTIONE

Proponat, eorum mores exprimere,  
ac vestigijs inhærere studeat, exem-  
plo boni p̄ictoris, qui elegantem a-  
liquam imaginem deliniaturus, non  
rude & impolitum sibi exemplar  
proponit, sed omnium quod reperi-  
re potest pulcherrimum atque per-  
fectissimum: idem quoque iudici-  
um religiosus in optimorum imita-  
tione adhibebit.

3. Euitabit omnia temeraria iudicia  
de aliorum actionibus & imperfe-  
ctionibus.

4. Cauebit ne in aduersitatibus &  
tentationibus animum abijciat: sed  
meminisse debebit, se idcirco vitam  
monasticam amplexum esse, vt in  
præsenti vita, omnia quæcunque sibi  
possent accidere aduersa pro Dei &  
Saluatoris Iasv Christi amore vo-  
lens libensque toleraret.

---

DOCUMENTVM IX.

*Religioso necessarium esse monitorem  
& Patrem spiritualem.*

Quan-